



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 6. Navagerus Cardinalis Legatus ad Synodum delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

„pariter mihi persuasum habeo, quod a- Sæcul. XVI.  
 „liquando, dum Deo placuerit præ- A.C. 1563.  
 „sentem vitam cum æterna commuta-  
 „re, in illa postrema, atque tremenda  
 „hora, cui me proximum cerno, ingens  
 „animæ suæ solatium percipiat, si  
 „rem, quam fieri supplico, effectui da-  
 „tam recordabitur &c. (\*)

Hæc epistola quantocius ad Papam  
 transmittebatur, cum autem illam Lu-  
 dovicus Lofus hujus Patris Theologus  
 descriptam teneret, brevi ea publici ju-  
 ris facta est.

### §. VI.

#### *Navagerus Cardinalis Legatus ad Synodus delatus.*

Die vigesima octava, seu vigesima *Pallav. c. 13.*  
 nona ejusdem Mensis Cardinalis *n. 2.*  
 Navagerus novus Synodi Legatus Tri- *Sarp. l. 7.*  
 dentum venit: cum autem non nisi die *p. 677.*  
*Spond. hoc*  
*trige-* *ann. n. 23.*  
*Viscont. let.*

(\*) Studiose autem Continuator in hac e- 27. p. 249.  
 pistola prætermisit ea verba, quæ a doctissimo  
 hoc Viro adjecta refert Pallavicinus: Scrip-  
 rat enim, a se vivente, ac moriente affirmari,  
 Summum Pontificem cunctis Conciliis Superio-  
 rem esse, nec ab illis ulla ratione judicari pos-  
 se: opportunum a se censeri, ut id pariter aper-  
 te defineretur; cum contrarium in seditiones,  
 bella, & schismata manifesto tenderet.

O 2

Sæcul. XVI. trigesima adventurus crederetur, nemini  
A.C. 1563. ne eidem obviam procedente urbem  
fine omni pompa ingressus est.

## §. VII.

*Summa articulorum Cœsari a Cardinale Morono proponendorum.*

Pallav. 8.4.  
8.5.

Sub idem tempus Cardinalis Moronus Oeniponti serio de Synodi rebus cum Cœsare agebat, juxta illa mandata, quæ Roma receperat: hic itaque speciatim exponere studebat, quod Synodi diuturnitas Diœcesibus summopere noxia foret, atque Principibus, populisque ingrata accideret, insuper Moronus ad media, quibus huic malo obviari posset, transiens inter alia proposuit, nil magis opportunum fore, nisi ut Imperator juncta cum Pontifice opera suis Oratoribus præciperet, quatenus in omnibus Synodi Legatos juarent. „Inde enim, prosequebatur Cardinalis, fiet, ut novæ disputationes circa dogmata in Synodo haud ultra moveantur, sed potius ad solos hæreticorum errores impugnandos opera convertatur: præterea factu optimum puto, si emendationis articuli de communione consensu proponerentur, nec liceret, cuilibet nova scripta in medium proferre: cum sic eveniret, ut non eadem res sepius in quæstionem rediret: ad hæc utilissimum.